



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. XXXIX. Aliæ formæ acierum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

ejus riuus quidam impeditis ripis muniebat, quam ob causam cunctum Equitatum, sagittarios, funditoresq; omnes in sinistro cornu obiecerat.

Locum pugnandi. §. 24. Locum aptum multi arte fecerunt. Cleomenes Lacedamoni⁹ planitiem arborib. impediu, in qua cum Equitatu Hippie erat pugnatur⁹ eamq; inuiam equiti fecit. Xantippus Carthaginensium exercitum equis & elephantis validum in planitiem adduxit, Romanosq; vicit. Clearchus hostium equitatum foueis excepit, de repente factis, Q. Sertorius scrobib⁹ factis equitatum hostilem afflixit. Rotis currum humi depressis, catenis, vallo, muricib⁹ castra munienda sunt, miles junctus sit, Germani dum diverso loco castra metantur in Gallia à Guisjs caesi sunt. Ventum etiam ad Cannas Hannibal expectauit, & ea re vicit. Cimbri etiam in campo Caudio contra Marium eodem stratagemate pugnauerunt. Cimbri quoq; solis auxilio vsi sunt, vt percussu radiorum oculos hostium perfringerent, verum id paruum p⁹sidium. Luna quoq; occidente Romani bello Pontico sunt ad iuri, cum n. illa à tergo Romanorum jam propè occasum longas umbras Romanorum jaceret, in eas errore magno Pontici tela consumpsere. Eumenes cum equitatu valeret occupatione locorum hoc effecit, vt in plana seduceret hostem. Ita Hannibal, sed cautè, vt vtrinq; equestrum p⁹iorum rationem haberet. Nam etiam finitrum cornu Romanorum stratagemate vicit.

§. 25. Quemadmodum igitur castra ad locorum commoditatem, sic aciem disponendam iudico. Soler a. distribui generatim in varias formas. 1. vt sit oblonga. 2. lata. 3. Lunam referens ad aequalem, lunaris aequalis cornib. nam cetera ferè visitata non sunt, cum integra acie pugnatur. Extraordinaria tamen acies semper habenda est.

Subsidia educere. §. 26. Insigne documentum est Bernardi Mendoza⁹, p. 1. c. 44. Vtile, inquit, stratagemata in praelio habetur, si ex dextro latere agminis cohors aliqua lanceariorum, & bombardariorum educatur, etiam si quinta pars agminis sit, q⁹ feruente pugna à latere hostem impetiat, ita vt si contra cohortem d⁹ veritat⁹ latus nudum p⁹beat agmini, si sese agmini opponat, nudet latus cohortis, q⁹ stratagemata magno adiumento est ad victoriam, nescio sane an inter pedites visitatum fuerit, mihi magno vsui fuit in equitatu, cum leuem armaturam ad hoc ordinarem, & animaduerti magno damno sic hostem affectum, etiam si in vna cohorte tantum 25 fuerint, atq; plurima agmina diuino auxilio diuici, & milites insignes victorias Regi nostro Tuae Maiestatis Patri obtinui. Huic consilio lancearios comodissimos esse docet; Nam turma centum lanceariorum, aut centum & viginti, potest turmam quadringentorum & quingentorum bombardariorum equitum dissipare, si in turmas minores se diuidant, & impetuose plurib. locis inuadant, nam bombardae eo modo inuiles redduntur, nec expediti possunt. In subsidijs non modo constituunt nostrates certos ordines; sed habent ad vsu, etiam inter initia agmina aliqua, q⁹ vocant volatica, q⁹ interdum lacesunt hostem, interdum subueniunt pressis, decernant etiam, si aciem hostis prior ordinant, donec acies alia ordinata sit.

CAPVT XXXIX.

Alia forma acierum.

Cunei, globi, turres, ferrea. §. 1. Omnes ferè praestantes Imperatores; quia sine opportunitate non pugnant, in acie ordinanda noui aliquid inueniunt. Hinc cunei, globi, forfices, turres, ferrae. Cuneum vocant, cum trigona est acies, Veget. l. 1. c. 26. Graeci *ἐκκορυ* vocant, tempore Anniani caput porcinum. Suidas ex Anglia interprete Lipsio. Erat in forma aciei velut in rostrum. Littera

enim Δ. assimilabatur. Et anterior pars quā in acutum designebat, recta & densa erat, quia scutis vndiq; muniebat. Dixeris caput eos porci structurā eā efformasse. Crura a vtrinq; secundum ordines & cohortes in profundum composita, & pleraq; parte in obliquum extensa, coibant paulatim & diuungebantur, donec in maximam latitudinem pgressa desinerent: ita vt medius locus vacuus relinqueretur, & erga militum nuda per ordinem conspiceretur. Franci & Romani vsi, cum perirumpere aciem volunt. At tum vtendum, cū necessario via facienda est; nam piculosa omnino res est. Deinde tantum cum ordines hostium rati sunt, alioqui impingent solido. Tertio nunq; cum pugnatur contra peritos; illis enim facile est, aut densam aciem opponere, aut ordines soluere, vt in medio claudant. Cuneus aliquando de phalange macedonica, aliaq; forma aciei dicitur, vt docet Lipsius.

Cuneus periculosus.

§. 2. Cuneus inuersus est forceps vel forfex; Cuneus eā acie excipitur vel atteritur. Turris q⁹ dicitur, & laterculum, non differunt à prioribus. Cum identidem acceditur & receditur. Legio Polybiana habuit in fronte centum viros, in latere introsum triginta quatuor, triarij legionis dimidium. Olim tres pedes quaque versus miles habebat, vt arma commode tractare posset, idq; minimum. Polybius ita recenset, sed Vegetius l. 3. c. 14. aliter. Singuli autem armati in directum ternos pedes inter se occupare consueverunt, hoc est, in mille passibus mille sexcenti sexaginta sex pedes ordinantur in longum: vt nec acies interluceat, & spaciū sit arma tractandi. Inter ordinem autem & ordinem à tergo in latum sex pedes distare voluerunt, vt haberent pugnautes spaciū accedendi & recedendi: vehementius enim cum saltu cursuq; tela mittuntur. In his duobus Ordinibus, & acie maturi, & vsu confidentes, & muniti etiam grauioribus armis collocantur. Hi enim ad vicem muri, nec cedere, nec sequi alium cogendi sunt, ne ordines turbent; sed venientes aduersarios excipere, & stando pugnandoq; repellere vel fugare. Tertius ordo disponitur de armaturis velocissimis, de sagittariis iuuenibus, de bonis iaculatoribus, quos antea ferentarios nominabant. Quartus item ordo constituitur de scutatis expeditissimis, de sagittariis iunioribus, de his qui alacriter verius martio barbulis (quas plumbatas nominant) dimicant, qui dicebantur levis armatura. Sciendum ergo est, stantibus duobus primis ordinibus, tertium, & quartum Ordinem ad producendum, cum missilibus, & sagittis primo loco semper exire. Quis hostes in fugam vertere potuerint, ipsi cum equitibus persequuntur. Sin vero ab hostibus pulsati fuerint, redeunt ad primam & secundam aciem, & inter ipsas recipiunt se ad loca sua. Prima autem & secunda acies, cum ad spatias, & ad pila (vt dicitur) ventum fuerit, totum sustinet bellum. In quinta acie ponebantur interdum carroballista, manuballistarii, fundibulatores, funditores. Fundibulatores sunt, qui sustibilibus lapides iaciunt. Fundibulus fustis est longus pedibus quatuor, cui per medium ligatur funda de corio: & vtraq; manu impulsus, propè ad instar onagri dirigit saxa. Funditores sunt, qui fundis (ex) lino vel setis factis (has enim dicunt esse meliores) contorto circa caput brachio dirigunt saxa. Quibus deerant, siue lapidibus manu iactis, siue missilibus in hoc ordine dimicabant, (quos accensos, tanquam iuniores, & postea additos nominabant.) Sextus ordo post omnes à firmis, & scutatis, & omni genere armorum munitis bellatoribus tenebatur, quos antiqui Triarios appellabant. Hi, vt requirerent, & integri aciem innaderent hostes, post ultimas acies sedere consueverant. Si quid enim primis ordinibus accidisset, de horum viribus reparationis spes tota pendebat. Et cap. 15. Explorato autem qualiter debeant acies instrui, nunc possumus, mensuramq; ipsius ordinationis exponam. In mille passibus campi, vna acies mille sexcentos sexaginta sex suscipit pedes: propterea, quia singuli pugnatore ternos occupant pedes. Quod si sex acies in mille passibus campi volueris ordinare, novem milia nongenti nonaginta. Sex pedes sunt necessarij. Si a. in ternos ordines hunc numerum volueris tendere, duo milia passuum comprehendes. Sed melius est plures acies facere, quā milia

Ordo legionum.

spargere. Senos autem pedes à tergo inter singulas acies in latum diximus interpretare debere; & ipsi bellatores stantes singulos obtinent pedes. Ideoq; si sex acies ordinaveris, quadraginta duos pedes in latum, & mille passus in longum decem millium hominum tenebit exercitus. (Si autem in ternos ordinare volueris 21. pedes in latum, & duo milli passuum in longum, 10000. tenebit exercitus.) Ad hanc rationem siue 20000. siue 30000. peditum fuerint iuxta mensuram potissimum, sine aliqua dubitatione difficultatis poterunt ordinari, nec Dux fallitur cum sciat, qui locus quantos capere possit armatos. Deniq; si angustior locus sit, vel multitudo sufficiat, inde etiam novem, vel amplius acies ordinari (conuenit) Magis enim expedit, ut conferti pugnent, quam longius separati. Nam si nimium fuerit acies attenuata, citò ab aduersariis facta impressione pertumescit, & nullum postea potest esse remedium. Qui autem numeri in dextro cornu, qui in sinistro, qui in medio debeant ordinari, vel iuxta dignitates eorum, seruatur ex more, vel certe pro qualitate hostium commutatur.

Aciei forma
pro nationi-
bus di-
uersa.

§. 3. Forma aciei, nunc ex opportunitate locorum statuitur, & procul hostis suam instituit; habetur etiam ratio nationum, quarum alia ad alias formas magis affecta sunt, ideoq; si ea fiat, pugnant peritius & fidentius. Cum lata frons est, volunt tertiâ parte superare profunditatem, cum acies est profundior, quam latior, eandem proportionem requirunt, quod tamen ita intelligi, ut variari debeat, si hostium acies requirat, aut sitis locorum. Lateralis verò incingunt alâ bombardariorum. Leuis armaturâ equitatus turmatim pugnat, ordines magis seruant cataphracti. Aciei corpori humano comparat Mendoza, bombardarios similes ait manibus, & pedibus, equitatum leuem cruribus, & brachijs, cataphractus coxendicibus, legiones peditum pectori, ducem capiti, impedimenta ventri. Qui hostem aggreditur, dextram manum profert, si luctandum omnibus simul viribus nititur. Cum lancearii, & equites bombardarii sunt, hi acies obtinent, & paulo citius pugnam inceptant, quam lancearii, turbatos illi dejiciunt. Hæc etiam in paucorum conflictibus vsurpant. Lancearios incommode jungi nonnulli putant, quod nihil minus contingere queant; Sed juncti equitibus longas bombardas gerentes, & peditibus, quos vocant, molestarijs viles sunt. Itaq; nullo modo negligendi sunt.

CAPVT XL.

Exempla acierum varia.

Varia acies
pro oppor-
tunitate.

§. 1. CRASSVS contra Parthos quadratam fecit, ut singula latera duodecim cohortes tenebant, & ad quamque cohortem turma equitum. Verum id trepide, & stupenti similis; Nam diuiso equitatu omnes partes infirmas reddidit, cum Parthi equitatu prævalerent.

§. 2. Triballi apud Stob. sermon. 52. aliter disponunt. Prima pars infirmos habet, qui lacescant ad pugnam. Altera fortissimos; Tertia Equites; Quarta feminas.

Artificiofa Xantippi acies fuit; auxiliariis enim leuis armaturâ præcepit, ut hostem lacescerent ac cederent, quem deinde fortissimi exciperent, dum inter hos fit prælium, à cornibus iterum illi erumpere.

Cyrus consilio Cræsi in regnum Tomiris processit, aliâs regnum perditurus. Herod. libr. 1. ibiq; novam aciem instituit, qua & vicit.

§. 3. Quibus currus, & elephanti; in prima acie eos collocant. Nam hostium ordines facillime turbant; & si in media acie sunt; id quod obuium est, poterunt.

§. 4. Acies Vngarorum contra Turcas à Toroneo instituta, equites, & pedites permixtos habuit, ne posset circumueniri; ordines enim sic dilatauit, ut magnæ multitudini par esset.

Nunc probant aliam rationem, quæ vsitata est. Contra lunatam enim Turcæ aciem in tres partes diuidendus exercitus, ut duæ contra cornua pugnent, media acies steter immota, donec jungatur hostibus, & pugnet.

§. 5. Alexander ad Arbela aliam quoque aciem instituit. Front. lib. 2. c. 3. Alexander ad Arbela, cum hostium multitudinem vereretur, virtuti autem suorum fideret, aciem in omnem partem spectantem ordinauit, ut circumueniri, vndeque pugnare possent.

§. 6. Vegetius plura genera proponit lib. 3. c. 20. Septem depugnationum septem sunt genera vel modi, cum infesta ex nera acie utraq; parte singula configunt. Vna depugnatio est frontelorum. Ga quadrato exercitu, sicut etiam nunc & propè semper solet prælium fieri: sed hoc genus depugnationis peritii armorum non optimum iudicant, quia cum in prolixo spacio tenditur acies, non equalis semper campus occurrit, & cum in eius parte finis, aut curuatur a sit, in eo loco acies frequenter interrumpitur. Præterea si multitudine aduersarius antecedit, à lateribus aut dextram, aut sinistram alam circumuenit: in quo periculum magnum est, nisi supernumerarios habeas, qui procurrant, hostemq; sustineant. Hoc genere solus debet configere, qui & plures & fortes habuerit bellatores, ut ex utroque cornu hostem circumueniat, & quasi finem sui concludat exercitus. Secunda depugnatio est obliqua, qua plurimis melior: in qua si paucos strenuos loco idoneo ordinaueris, etiam si multitudine hostium & virtute turberis, tamen poteris reportare victoriam. Huius talis est modus: Cum instructa acies ad congressum veniunt, dunctu sinistram alam tuam à dextrâ aduersarii longius separabis, ne vel missilia ad eam, vel sagittæ perueniant: dextram autem alam tuam sinistrâ alâ illius iunge, & ibi primum inchoa prælium: ita ut cum equitibus optimis, & probatissimis peditibus sinistram partem illius, ad quam te iunxeris, aggrediaris atq; circumueas, & detrudendo atque supercurrendo ad hostium terga peruenias. Quod si semel aduersarios exinde pellere ceperis, ac cedentibus tuis indubitatam victoriam consequeris, & pars exercitus tui, quam ab hoste submoueris, securâ durabit. Ad similitudinem autem Aliterâ vel libellæ fabrilis, acies in hoc dimicandi genere constituitur. Quod si prior aduersarius hoc fecerit, illos quos post aciem supernumerarios diximus debere poni, tam equites, quam pedites, ad sinistram tuam colliges cornu, & sic aduersario resistes magnis viribus, ne ardeat. Tertia depugnatio est similis secunda: sed in hac deterior, quod à sinistro cornu tuo cum illius incipis dextro configere. Nam quasi mancus impetus est eorum, & aperti cum difficultate aggrediuntur hostes, qui in sinistro dimicant cornu. Quod apertius (ut sit) explanabo. Si quando alam sinistram longè habueris meliorem, cum ea fortissimos equites, peditesq; coniunge, & in congressu ipsam primam applica ad alam hostium dextram, & quantum potest, aduersarii dextram partem pellere & circumuenire festina. Tu autem aliam exercitus partem, in qua deteriores bellatores habere te nosti, à sinistra illius longissimè separa, ne vel gladijs, inuadatur, vel ad eam tela perueniant. In hoc (genere) cauendum est, ne inimicorum cuneis transuersa tua acies elidatur. Hoc autem modo, in casu vtiliter pugnabitur, si aduersarius infirmus dextrum cornu habuerit, & tu longè fortius sinistram. Quarta depugnatio talis est: Cum ordinaueris aciem, ante quadringentos, vel quingentos passus, quam ad hostem peruenias, non sperante, eo subito ambas alas tuas incitare te conuenit: ut ex utroque cornu improvisos hostes vertas in fugam, & celerius victoriam consequaris. Sed hoc genus certaminis, licet citò superet, si exercitatos fortissimosq; produxerit, tamen periculosum est: quia mediam aciem suam, qui sic dimicant, nudare compellitur, & in duas partes exercitum separatur. Quod si primo impetu victus non fuerit inimicus, habet (postea) occasionem, quâ inuadat & diuisa cornua, & mediam aciem destruat. Quinta depugnatio est quarta similis: sed hoc

Signa
inere
sem.